

Schicksalsschlägen; es vermag manche Vorurtheile über die Art der Erwerbung und Verwendung des Klosterbesitzes zu entkräften; endlich zeigt es Freunden und Feinden, dass die Arbeit zu jeder Zeit bei den Mönchen heimisch war — und in dieser Beziehung hätten wir gewünscht, dass man mit Rücksicht auf den dem Buche gesteckten Zweck die verschiedenartige Thätigkeit der Klöster und ihre einflussreiche Wirksamkeit nach aussen schärfer betont hätte, als die Geschichte des Wachstums der zeitlichen Güter, ohne die freilich jene unmöglich gewesen wäre.

Und damit sei das (mit Ausnahme einiger Illustrationen) nett ausgestattete Buch, dessen eingehende Besprechung unser Interesse am Cistercienser-Orden bekräftigen mag, bestens empfohlen. M K

### Die Marienverehrung in den ersten Jahrhunderten.

(De cultu B. M. V. primis christiani aevi temporibus.)

Von Dr. Lehner. — Mit 8 Doppeltafeln in Steindruck. — Stuttgart, J. S. Cotta 1881.  
VIII. 343 S. 8°.

Acceptum referamus oportet auctori, quod nobis opus exhibuit respectu non tantum theologico, verum etiam archaeologico et historico vere supplementum et augmentum literaturae nostrae. Non quidem auctor sibi proxime finem theologicum ante oculos proposuit consequendum, quamvis, ut ipse fatetur, multis usus sit fontibus theologicis. Imagines B. Virginem repraesentantes arcte coniunctae sunt cum cultu B. Virginis tum ecclesiastico tum populari, et hoc est, quod auctoris animum incitavit ad hunc cultum accuratius indagandum. Et quidem facile exinde a saeculo quinto i. e. Concilio Ephesi celebrato (431) cultus iste potest erui teste historia. Auctor noster diligentia vere miranda fontes omnes scriptos et monumentales in unum collegit, qui ad demonstrandum cultum B. Virginis iam primis saeculis facere possunt et demonstrat non demum a tempore Concilii laudati incepisse cultum hunc, sed iam quatuor prioribus saeculis viguisse.

Exorditur demonstratio ab evangeliiis (p. 1—8), et si pensaveris dimidio circiter saeculo secundo Ss. Evangelistarum auctoritatem e regione apocryphorum iam fuisse fixam, tamquam singula momenta, e quibus fidelium mens sibi composuit imaginem, haec afferre licet: Mariam esse virginem, matrem Messiae, uxorem Ioseph, multis magnisque exornatam virtutibus, plenam gratia atque propterea beatam praedicari.

Haec vero singula momenta tribus praesertim factoribus fuerunt efformata, Iudaeorum videlicet et Gentilium oppositione, haeresum commentis, ipsius christiani animi vigore, qui fidei argumentum certis dogmatibus definire contendit; atque auctoris est monstrare, quomodo haec singula momenta primis quatuor saeculis efformata novisque insuper aucta sint.

„Maria Virgo“ inscriptio est primi capituli (p. 8—35) i. e. Ss. Patrum eloquia proferuntur quibus miraculi huius tum possibilitas, tum veritas, tum necessitas comprobatur. Argumentum vero huius capituli illud S. Epiphanius complectitur: „Quis unquam aut quo tempore ausus fuit nominare Mariam, quin statim interrogatus addiderit Virginem?“

Alterum caput, quod inscribitur „Maria mater,“ (p. 36—85) varia nobis haereticorum ante oculos ponit certamina infitiantium Mariam esse Dei matrem usque ad concilii Ephesini (431) definitionem dogmaticam: Maria, mater Iesu, est Dei genitrix, θεοτόκος. Aliud momentum, quod iam primis temporibus nobis occurrit, Mariam esse desponsatam Ioseph, tertio enarratur capite (p. 85—120). Hoc vero momentum amplius efformari debuit, cum quaestio illa accuratius fuerit dissolvenda, cur matrimonium hoc inierit B. Virgo. Atque haec auctor disquisitionis suae affert puncta: Mariam ante matrimonium perpetuae castitatis votum emisisse. Maria virgo concepit, post partum virgo permansit et hoc argumentum est quarti capituli: „Maria semper virgo“ (p. 120—144). Etenim filius virgo nullam aliam matrem potuit habere nisi virginem, quae quidem virginitas Matris argumentum summi ponderis est Filii deitatis.

Quodsi Maria exornata est dignitate virginis Deiparae, necessario etiam virtutes eius summis efferuntur virtutibus. Pauca sunt, quae de hisce enarrant evangelistae, haec vero per singula enucleantur, perficiuntur, coronantur effatis Ss. Patrum, quibus comprobatur B. Virginem speciali quadam Dei gratia sine ullo fuisse peccato (p. 144—172). Maria mater Salvatoris hoc ipso etiam operis redemptionis partem habuit (p. 172—181) quod maxime comprobatur imaginibus illis, quibus B. Maria depingitur caput serpentis conterens.

Quibus absolvitur imago illa magnifica, miraculum quidem, sed dignum et decens, quatenus fieri debuit Maria mater Salvatoris. Ad hoc autem et ipsa cooperari debuit, et sic ad imitandum et colendum nobis proponitur. Caput ergo septimum (p. 182—222) „Cultus Mariae“ inscribitur. Pauca ex hoc capite attulisse sufficiet. Maria iam

primis temporibus colitur et ad imitandum proponitur, *παράκλητος* vocatur, advocata nostra, regina patriarcharum et prophetarum, festa in eius honorem celebrantur, templa exstruuntur. Inprimis vero etiam poëmatibus vita eius enarratur, artis operibus clarificatur; et haec quidem argumentum efficiunt sequentium capitum „Poësis“ (p. 222 — 283) et „Ars“. Sic praesertim artis studiosus summo cum gaudio opus hoc excipiet et praecipue additamentum illud 61 illustrationum, quae cultum istum priorum saeculorum immediate ante oculos nobis ponunt et simul, quomodo ars christiana floruerit istis temporibus, nobis ostendunt.

Ast etiam theologo acceptum erit opus istud, quatenus testimoniis antiquis superstructum subiectivum auctoris iudicium obiectivis argumentis illis quam maxime confirmat. Atque in hisce tam copiosis testimoniis novum reperiet argumentum, omnia saecula christiana consensisse in fide et cultu religionis, et sic contra inimicos B. M. Virginis fortius pugnabit hisce armis roboratus.

P. Benno Schaffra O. S. B.

## Literarische Notizen.

Bitschnau Otto O. S. B. von Einsiedeln: „**Das Leben der Heiligen Gottes.**“ — Dieses schöne Werk, auf welches wir bereits unsere Leser im I. Hefte des 2. Jahrganges der „Studien“ S. 192 aufmerksam gemacht haben, liegt nun mit dem 25. Hefte vollendet vor. Es gereicht dem Verfasser in jeder Beziehung zur Ehre. Auch dessen Mitbruder P. Rudolf Blüttler hat in den von ihm entworfenen Kopfvignetten sein künstlerisches Zeichentalent in bester Weise bethätigt, die Verlagshandlung Benziger in Einsiedeln ihren alten Ruf neu begründet. Die Holzschnitte zeigen in den meisten Fällen von einer Meisterschaft, die keine Concurrenz zu scheuen hat. Die 8 Farbendruckbilder und die 2 Prämiensbilder (Jesukind mit Erdkugel und S. Johann Bapt. mit Lamm) reihen sich den besten Leistungen auf diesem Gebiete würdig an und sind, was Composition und Colorit anbelangt, unübertrefflich. Die 3 Inhaltsverzeichnisse erleichtern eine klare Uebersicht, das letzte derselben, das Sachregister, die praktische Verwertung des Buches für den Seelsorger. Der im Hinblick auf all' die genannten Vorzüge dieses Werkes mässige Preis von 7 fl. 50 kr. = 15 Fr. ermöglicht die Anschaffung desselben auch für minder Be-